oleum aliquando manere non fieret; non ex eo tamen olei
natura nobis esse incognita quod ita facta sit ut appeten
do suum locum etiam si subter fusa fuerit prorumpat aquas
eisque sese superpositam conlocet. Non querimus utrum condi
tor rerum qui omnia in mensura et numero et pondere disposuit
non unum locum proprium ponderi aquarum circa terram tribuerit. sed
et super caelum quod ultra limitem aeris circumfusum atque solidatum est.
Quod quidam negantes se credendum de ponderibus elementorum
argumentantur negantes ullo modo ita desuper quasi quodam ~~pavimento~~
pavimento solidatum esse caelum ut possit aquarum pondera sus
tinere, Quod talis soliditas nisi terris esse non possit, et quid
quid tale est non caelum sed terra sit, Non enim tantum locis
sed etiam qualitatibus elementa distingui ut pro qualitatibus
propriis etiam loca propria sortiantur. Aqua scilicet super terram
quae etiam si subterranea sit occultabitur sicut in antris et cavernis
quae abditis, non tamen ex terrae parte quam supra se de Aqua
Infra se habet continetur. Nam si ex parte superiore fuerit
terrae parsulla delapsa non manet super aquam sed eam perrumpit de
mergitur et pergit ad terram quo veniens conquiescit tamquam
quam in loco suo ut supra sit, subter autem terra. Unde cognos
citur quod etiam super aquis cum esset non ipsis aquis portaba
tur sed conpage terrae tenebatur sicut se habent camerae
speluncarum. Hic occurrit admonere cavendum errorem quem
In libro primo cavendum monui ne forte quia scriptum est in psal
mis Fundavit terram super aquam arbitretur aliquis nostrum
adversus istos de ponderibus elementorum subtiliter disse
rentes isto testimonio scripturarum esse utendum. Quia
illi nec eorum auctoritatem litterarum nostrarum et nes
cientes quemadmodum dictum sit libros sacros facilius inri
debunt quam illud repudiabunt quod vel ceteris rationibus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc141/0032